

Stockflecke

9. J. 180

Theol. P. VIII. 367 64.



14

EXPLICATIO
^{ἐλεγκτικὴ}
Evangelii Dominica Sexa-
gesimæ.

P R E S I D E

Dn.

JOHANNE GERHARDO
DOCTORE ET PROFESSORE
THEOLOGO IN ACADEMIA
JENENSIA.

S u o

Patrono & Preceptore suspicioendo,

ad disputandum publicè

proposita

â

M. JEREMIA HICKMANO
Dipoldisvvaldensi Misnicō, jam Diacono
Fravvbrisnizensi.

Ad diem 14. Februarij.

ANNO M. DG. XVIII.

J E N Æ

Typis TOBIAE STEINMANNI.



ILLUSTRIBUS.

&

GENEROSIS DOMINIS

DOMINO.

HEINRICO Reussen/
JUNIORI & SENIORI, DOMINO

in Plawen / Graiz / Kranichfeld / Geraw / Schlaiz & Loben-
stein, &c. S. Cæsariæ Majestati à Consiliis,

ut &

DOMINO

CHRISTIANO SCHENCKEN,

Libero Baroni in Tautenburgk & Fravven-
briesnitz, designato Academiae Jenensis
Rectori.


Dominis Collatoribus meis Clementissimis

hoc

aywneuma Theologicum

subjectissime dicat autor pagellarum
barum

M. Jeremias Hickman, Dia-
conus Fravbrisnizensis,
Respondens.



EVANGELIUM DOMINICA SEXA. GESIMÆ LUC.VIII.

THESES PRIMA.

Moris est Scripturarum obscuris manifesta subnectere: & quod prius sub ænigmate dixerint, aperta voce proferre, inquit Hieronym. in Es. lib. 5. comm. 19. Effato huic ἀξιολόγῳ inter alios Bibliorum textus nostra proposita Parabola, eaq; bimembribus evidenter suffragatur. Priori namq; loco nulla parabolæ recitatio ὡς ἐν περάσταις; posteriori membro plana, plenaq; eiusdem ἐπεξήγησις ἐν διαδόσσαι subjicitur. Ultraq; pars diversos diversæ mentis & περιστέρεως audiendi verbum homines repræsentat.

DE PRIORI.

II. Hic advertenda veniunt τὰ περιγράμμενα, recitatio nem parabolæ antegredientia; περιχθέντα, ingredientia; μετέπομπα, consequentia.

III. Antecedentia habent occasionem, auditorum descriptionem, docendi rationem. (a) Occasio sive ἀφορμὴ fuit confluxus ille & concursus turbæ concionum Christi audientarum & miraculorum videndorum avidissimæ. (b) Auditores erant 1. plebei, maximam partem, turba scilicet, 2. multi imò plurimi, 3. varii, cùm apud mare συνιόντες, tum etiam ex Galilæa κατὰ πόλιν oppidatim Christum secuti, 4. impigri

A 2

ἐπιπο-

παπογλόνεοι, 5. fervidi, properarunt, 6. callidi, ad Christum se contulerunt. (c) Docendi ratio per parabolas facta est. Parabola est vocabulum unum ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. Notat 1. Contra pios & impios insultantium derisionem Esa. 14.4, Jer. 24.9. Deut. 28.37. 1. Reg. 9,7. 2. figuratam & intricatam, obscuramq; locutionem Ezech. 20.v.ult. c.24.v.3. Joh. 16.29. 3. doctrinam ubi sub sermone, qui apposita quadam similitudine alias res pingere & oculis quasi exponere videtur, alias significantur. 4. artificiose, graviterq; dictam & paucis res magni ponderis atq; momenti concinnatam sententiam. Hæc ipsa σημάσια in nostro textu locum habet, in quo Christus μᾶλλον λιγέως, ἀπλῶς licet sive simpliciter res gravissimas proposit. Simpliciter dico; (a)sui ipsius caussa: divinum namque est humilia altis præferre, (b) verbi divini gratia, quod est αὐταλήθεια, veritas ipsa, cuius sermo simplex est, (c) auditorum, caussa, quia promiscua illorum multitudo erat: ab omnibus vero intelligi oportuit, (d) nostrum gratiâ, ut ipsius vestigia prementes simplices instar columbarum simus. Matth. 10.16. Luc. 10. 3.

IV. Obiter autem extra textum nostrum huc adduci operæ precium videtur, quæ huc spectantia in reliquis Evangelistis habentur. 1. Tempus recitationis parabolæ & quidem illud, quo sermonem Domini cognati ejus interrumpunt, & quo tantam adversariorum blasphemiam Christus sustinuit, ut intelligas, contra bonitatem Dei nihil potuisse malitiam. Bedat. 5. β dies μία τῶν ἡμερῶν, prima dierum, dies nostra Dominica. Luc. 8.22. γ pars diei, sub vesperam Marc. 4.35. 2. Locus, (a) in mari illo Galilææ notissimo, quo Christus è domo quadam, quæ paucos continebat, & in qua respirare, ibiq; quiescere & aliquid cibi sumere volebat, se contulit, à domesticis ita ἀκαίροις curis fideles verbi auditores dehortaturus. (b) è navis sive scapha piscatoria, quam ob nimium hominum, quibus premebatur, concursum descendere, eaq; suggesti vice uti oportebat. 1. ut tranquillus doceret 2. ut ab omnibus audiretur 3. ut ex altiori loco melius intelligeretur. (c) ad portum & littus



littus maris, nec versus mare, ut, partim se non piscium elingni-
um crudeliter; sed hominum θηροιων animarum piscato-
rem esse ostenderet: partim ut turbam ante se haberet, & ab ea
videretur, itaq; gravior & efficacior esset sermo.

V. Ingredientia proponunt parabolæ ipsius Seminato-
rem, Semen, Agrum. 1. Seminator ὁ σπείρων, idem valet He-
breorum more atq; ἀπόρευτος, præpositum habet Articulum ἀό-
ρασιν, cui respondet in lingua Sancta litera סְמִינָתָה וְ præfixa
Verbis & Participiis, quasi diceretur, σπείρων τις, quidam qui
seminat, vel quod rectius, seminabat: præcedit enim ἐξηλθεν,
subsequitur ἀπῆγαι, Indefinita. 2. Semen fuit non aliunde,
sumtum, emtum, mutuò acceptum: sed proprium semen, suum
semen, unum idemq; semen, & selectum quidem ad agrum con-
serendum cum fœnoris vicissim reddendi expectatione: Id
quod in mandatis habebant antiquitus, ne agrum diversis semi-
nibus fererent. Lev. 19. v. 19. 3. Ager diverso quadruplici nem-
pe fundo semen ex cipit. Pars sparsi, conjectiq; seminis juxta
viam עַד אֹרֶחֶת יְדֵי non dicit Syrus, כִּי su-
per viam, sed super manum viæ, h. e. in dextram vel sinistram
partem viæ, aliâs nemo ita desiperet, ut semen in ipsam semi-
tam data opera spargeret. Pars decidit Πάτε τὸν πέργασον non
quidem ἴδιας sic dictam, quia non diceretur, sata progerminâ-
se & enata fuisse: siquidem in petra sive saxo nihil suboriti so-
let: dilucidiūs Marcus: Πάτε τὰ πέργασον scilicet μέρη τῆς γῆς.
Pars devenit inter Spinas, ἐν μέσῳ τῶν ἀκαθάντων, Matthæus ha-
bet כִּי בֵּין כּוֹבֵץ, בֵּין domum spinarum, quæ familiam quasi ea-
rum dicit, & nihil nisi senticetum sive spinetum est. Pars deni-
que in terram bonam & pulcram juxta vulgatam, יְשִׁפְרָחָת, in terram bonam & fœcundam ceci-
dit, dum reliquum in tres inutiles terræ partes delapsum fuit,
idq; non intentione seminantis: (unicus enim fuit, nec diversis
locis & terris distinctus seminandi actus) sed casu, sortitò,
præter mentem & opinionem ejus.

VI. Pro quadruplici hac agri differentia quadrifariam

A 3

diffe-

coletus
gr

differens cōcōrā sive effectum Consequens inducitur. Semen
quod juxta viam jactum fuerat, ob terræ duritatem 1. emerge-
re non potuit, 2. à fugientibus & quavis transeuntibus tan-
quam res nihili conculcatum est, 3. ab avibus erutum, colle-
ctum & devoratum fuit. Quod in petrosa & propter profun-
ditatis parentiam citò enatum est, *ἀνέτελε*, quod verbum pe-
culiariter dici consuevit de sole & plantis, uti Luc. i. 18. visitavit
nos ἀνατολὴ ex alto. β propter radicis sufficientis defectum
aruit, *ἐγράψη*, planè uti illud: *ἀνέτελε δὲ ἡλιος σὺν τῷ καύ-*
στων, καὶ ἐγένετο τὸν χόρτον. Jac. i. ii. γ propter humorem
aliunde nimirum deorsum è Saxis sub soli glebis latentibus ad
grana seminis foecundanda denegatum, postmodum ab exorto
Sole sumtum ardore extorruit, *ἐκαυματίσθη καύμα* ardorem
notat, non astum, qui alium calorem præsentat, nempe eum,
qui udo cœlo sudorem nimium extrahendo corpora penitus
resolvit & absunxit. Beza in N.T. major. super h.l. Quod in
spinas inciderat, ceciderat equidem in terram extus bonam,
apparentem, sed intus plenam spinarum seminibus. Dico in-
tus, partim quia nemo tam nullius neque mentis neque intelli-
gentiæ foret, qui semen inter spinas studio conjiceret: cùm
quia textus dicit concrevisse spinas & emersisse; sed, quia pro-
pter connatam earum densitatem interius omnem terræ suc-
cum attrahentem, exterius radios solares à granis avertentem,
sata tandem maturitatem justam nullo modo consequi potue-
runt, suffocasse. Denique quod delapsum fuerat in terram
bonam, reddidit fructum juxta Lucam *ἐκατονταπλασιονα* sive
ἐκατοντάχρη, quod à veritate alienum non est: siquidem Isaac
itidem *καὶ πονέσατο* lucratus est in Canaan. Gen. 26. v.
12. Marcus inquit terram bonam 1. dedisse fructum, contra
terram, quæ nullum reddidit, quia semen devoratum fuit,
2. dedisse ascendentem, contra terram petrosam, ubi enata
ἐνθέως aruerunt, nec potuerunt ascendere, 3. crescentem,
contra tellurem spinosam, quia spinæ densiores suffocaverunt
semen. Confet. Alphon. Salmeron. Tom. 6. tract. 4. pag. 21.
sive

sive juxta Matthæum, unum in 30. unum in 60. unum in 100.
quod cur fiat, inferius explanabitur. Ubi mirandum non est, si
una eademque terra trifariam fructificaverit: quandoquidem
diversitas terræ in eodem loco potest inveniri. Id quod videtur
licet in arboribus pomiferis ejusdem speciei & in eodem horto
plantatis: nam quædam ex illis fructum aut nullum aut exilem
reddunt, quædam verò dulcem & copiosum. Id. ib. p. 22.

VII. Consequentia habent Exclamationem: Qui
habet aures audiendi, audiat. Ita Dominus dum quid arduum
& reconditum, & quod maximè nostra referebat intelligere,
proponebat, negligentesque atque adeo de se male sentientes
auditores, ut *καρδιογνώσης* videbat, sic clamare solitus erat.
Alph. Salmer. Tom. 6. tract. 4. pag. 20. Quinques ea verba di-
versis vicibus & locis in Evangelistis à Christo iterata inveni-
untur, i. in nostra parabola. Luc. 8:8. 2. Matth. 11:15. 3. Matth. 13:
43. 4. Marc. 4:9. 5. Marc. 7:16. Nullibi horum omnium præmis-
torum locorum, nisi hic solum Christus clamavit, idq; ideo (a)
ut quasi coelesti quodam tonitu veternum auditoribus excute-
ret, (b) ut ostenderet, parabolam hanc nostram res longè subli-
miores in recessu contentas habere, quam à prima statim fron-
te promittere existimetur. (c) ut innueret nos procul ab ipso
esse. (d) ut notaret, multos hominum aures & oculos non ha-
bere, immo suo vitio haberent nolle. (e) ut auditores redderet atten-
tos, propterea, quod vel aliquid singulare dixisset, vel *παρὰ πο-*
δὸς secuturam antegressæ parabolæ explicationem annexurus
esset. Unde Hieronymus in c. 4. Epist. ad Galat. Clamor in Scri-
pturis non magnæ vocis emissio est, sed scientiæ & dogmatum
magnitudo.

VIII. Interrogationem, quæ proponit i. interrogan-
tes, qui fuerunt ii, qui cum Christo erant. Ita enim quibusdam
in Codicibus Græcis (annotante Salm. T. 6. t. 4. p. 21.) legitur:
οἱ τετράκοντα ἀυτὸν τοῖς δόδεκα. Ii proinde indigitantur, qui Chri-
sto erant dediti & addicti, qui Christum comitabantur, qui ipsius
erant assecula, adeoq; partibus ejusdem adstabant. Æschin.
κατὰ κληροφόρους μὲν τῷ δῆμῳ ἐλπίδας κανὼς, Δημοσθέ-
νος δὲ



Mitig

νὴ δὲ δέγγειος, οὐ τοῖς περὶ αὐτὸν : populo quidem vanam spem afferentes : Demostheni autem & ejus sectatoribus pecuniam. 2. Interrogatum Christum, qui optimus verborum suorum interpres, uti solus Rabbi noster Matth. 23, 8. Propheta Deut. 18, 15. Doctor linguae peritæ Es. 50, 4. Φῶς ἀληθείας, quod solum ignorantiae & errorum tenebras discutere potest. Joh. 3, 9. 3. Interrogationis Λαζαρία. Quæsus fuit Christus, cùm esset καταμονῶς solus cum solis discipulis & aliis Φιλομαθέσιν, quorum prudentia & modestia inde conspicitur, quod sermonem Domini non interrumpunt. Stultum est namq; simul atque scandalosum concionatori in sermonis progressu respondere & Anabaptistarum aliorumq; fanaticorum ἀναιδῶν instar in publico obloqui : sed oportunè omnia efficienda sunt. Harmon. Chemnic. I. 3. p. 80. 4. Interrogandi caussam. Quærunt cùm aliorum nomine, cur tot parabola continua in docendo adhibeat, propterea, quod hactenus tam crebris parabolis Christum uti non audivissent : tum sui ipsorum gratia, quænam esset illa parabola ; suam ita ignorantiam, qua nos omnes natura laboramus, agnoscentes, ideoq; erudiri cupientes. Etenim parabolæ ea vis est, ut rem quidem plerumq; illustrent, & si bene intelligantur, attentionem excitent, delectent, altiusq; memoriæ infigantur : sed tamen si non applicentur aut explicitentur, interdum rudioribus sensum obscurant & dubitandi, variisque sensus excogitandi occasionem præbent. Flacius in Cl. Scr. parte alter. p. 350.

IX. γ. Responsionem Christi spectantem auditores Λαζαρίας οὐδὲ ἀνάρπασ. Illis, inquit, qui Φιλομαθεῖς se exhibent ; qui reserari & aperiri mysterium parabolæ exoptant ; qui media discendi non negligunt ; qui Spiritui docenti & ducenti non repugnant ; qui doctrinæ salutari σκληροκαρδίας malitia & affectata cœcitate nec pessulum, nec obicem ponunt ; qui in mysteriis sacris νηπίας se fatentur, nempe tales, qui rationem, qua infantes per infirmitatem ætatis nondum utuntur, sub verbi obsequium capti vant, fideq; piscatoria Evangelium recipiunt ; 2. Cor. 10, 6; datum est non à naturæ suggestione, sed ἐγενέθεόθεν ; non

non coactione, sed ultrò ; non ex merito, sed gratis nosse mysteria nempe pleniorē intelligentiam parabolæ & arcana reliqua regni Dei, Ecclesiæ, ubi Deus intermedio verbo regnat. Confer Contin. Harm. Chemn. c. 61. p. 281. 282. Vanescit ergo Pontificiorum somnium contendentium, Christum ita stabili-
visse in homine ἀντεξάσιν, & interdixisse verbis istis vulgo &
imperitæ hominum multitudini lectionem Bibliorum itemq;
judicium de rebus sacris, solos clericos condecens. Quod quām
ἄτοπον sit, inferius in quæstionibus. His non datum est, vel per
parabolas. Calviniani quidam hinc adstruere satagunt ada-
mantinum & absolutum quoddam, æternumq; Dei decretum,
quo maxima pars hominum à Deo reprobata fuisse, ne æternæ
salutis fiat particeps credatur. Sed ἀλογως. Nam, de quibus
sermo fit, quòd per parabolas mysteria verbi audiant, vocitan-
tur λεπτοὶ & οἱ ἔξω, & intelliguntur ii, qui à Christo abitionem
fecerant, auditamq; parabolam floccifecerant, nec à Christo
ejusdem explanationem petierant. His itaq; non parabolæ my-
sterium seu intelligentia ; sed parabola duntaxat secundum lite-
ram dicta fuerat, sine omni eius intellectu, ut sic perniciosæ suæ
oscitantiæ ac socordiæ pœnas luant justissimas atque dignissi-
mas. Reinec. in Panopl. t. 3. c. 4. p. 24. Quæ ipsa declaratio pate-
scit. 1. ex textus junctura : sequitur enim, ut (quod per ὅτι
explicatur, non causam, sed eventum signat) videntes non vi-
deant, & audientes non intelligent, μὴ συνιῶσι, pro quo ultimo
Syrus habet לֹא יִסְתַּכְלֹן (Beza in N. Test. majori legit.,
מָשְׁתַכְלֵנִי, mestacel, latinis verbis additis : sed perperam, puta-
mus aliunde vel transcriptum, vel non intellectum fuisse idio-
ma Syrum, quod tamen impensè ita jactitat) à Syriaco סְפִיר
quod in Pacl significat ἀμαρτάνειν, in Aphel ἀδικεῖν, in Eth-
Pacl συνένειν. Hebræum est סְפִיר infatuavit. Quibus signi-
ficatibus collectis, συνένειν idem est, atq; intelligendo peccare,
& peccando infatuari, quæ significatio hic non habet locum.
Potest etiam à סְפִיר deduci, quod significat non modò ali-
quid tantum animo percipere : sed etiam animum in aliquid

B

acrius



acrius & circumspectius considerandam intendere: itaque σονιέναι h.l. & intelligere, & animadvertere significat. Nec enim Christus hic agit de hominibus planè rudibus, & qui nihil eorum, quæ audiunt, intelligunt: sed de legisperitis & aliis, qui Christum & observandi & carpendi gratia sequebantur, qui hostes veritatis erant, qui gratiam Dei, quæ publicè offebatur omnibus, despiciunt habebant. 2. ex Esaïæ allegato testimonio ad nostram parabolam accommodato. Dicitur enim c. 6.9. ἀκοῦ (auditu, sic enim rectius vertit vetus interpres, quam Erasmus, qui auribus interpretatur, quasi scriptum sit ἀκούεις, nam ibi non **אָמַן נָאָמַן** sed **עִזּוֹת** legitur) καὶ μὴ συντητε (pro συντητε) καὶ βλέποντες, βλέψετε, καὶ μὴ ἰδητε (pro εἰσετε vel potius pro εἰσεθε) Induratū est cor &c. Induratio igitur in causa est, quod non omnes sensum mysteriorum sacrorum assequi valeant. Etenim induratio non solum peccatum est, sed etiam effectus, causa & pena peccatorum. August. lib. 5. contra Jul. c. 3. Peccatum est respectu sui, quia homines indurati occludunt aures ad verbi auditum instar aspidum Ps. 58. Effectus est respectu ingredientium peccatorum, quia ex inventata peccandi consuetudine oritur. Causa peccati est respectu consequentium delictorum, quia ex lapideo corde multa scaturiunt peccata. Pœna est induratio respectu antegressæ iniquitatis, quando Deus aufert clangorem verbi illis, qui seipso indignos salute judicant. Act. 13. Constat proinde illud Esaïæ dictum, eiq; οὐ μόνον φα alia non ad absolutum quoddam, sed ad judiciarum justumq; Dei decretum ex voluntate consequente ortum, referendum esse. 3. ex aliis Scripturæ locis Os. 13.9. perditio tua ex te Israel. Os. 13.9. Qui non credit, jam judicatus est, Joh 3.18. locutus sum & non audierunt, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, despexit omne meum consilium, Esa. 66.4. Prov. 1.24. vos noluitis. Matth. 23.37. Sic Matth. 11.25. asseritur sapientibus mundi mysteria, verbi manere abscondita, quæ talia sunt, ut plerumque à summis ignorentur, & contra à contemptissimis percipientur. 4. Ex ipso Calvinianorum Testimonio. Rodolphus Gualtherus in hom. super c. 6. Esaïæ: Si rem.



templam cum omnibus: quæ in sermonibus præcedentibus
dicta sunt, diligentius expendamus, jubetur Propheta eis de-
nunciare pœnam, quam sua incurabili contumacia jampridem
erant commeriti. Item: Est ergo excoecatio pœna voluntariæ
ignorantiæ & incredulitatis, ut minimè opus sit ex hoc loco &
similibus disputationes de Deo instituere, num hic illius autor
sit, & num huic nostra perditio accepta ferri debeat. Nam ut
peccemus & peccando pereamus, nequaquam necesse est, ut
novam malitiam in cordibus nostris Deus creet, cùm toti caro
simus, cuius figmenta à pueris prava sunt, & sponte in omne
scelus feramur. Itaque si suum sanctum Spiritum Deus nobis
subducatur, nosq; nostro arbitrio permittat, mox fit, quod de Ju-
dæis hîc dicitur: ut videntibus oculis non videamus &c. Cur
Spiritum sanctum iis largiatur Deus, qui adversus hunc pro-
pria malitia luctantur? Sua ergo culpa pereunt, quotquot per-
eunt. Tantum ille Wolfgangus musculus super Matth. c. 13. ita
commentatur. Christus nequaquam est autor perditionis eorum,
qui videntes videre noluerunt: quemadmodum neq; Propheta
Esaias erat autor perditionis Judæorum. Verum quando omni-
no data opera veritati & propriæ saluti resistebant judicio Dei
justo factum est, ut magis ac magis excoecarentur & perirent.
pag. 358.

QUÆSTIONES CONTROVERSÆ ex parabolico textu erutæ.

I.

An ibi vera Ecclesia, ubi plurima
turba?

Statuit hoc Bellarm. l. 4. de Eccl. not. c. 3. 4. 5. &c. sed fru-
stra 1. quia pauci electi. Matth. 20. 16. c. 22. 14. 2. quia collata-
cum immensa impiorum colluvie pusillus gressus Ecclesia à Chri-
sto dicitur Luc. 12. 23. 3. quia ea sæpius ad paucissimos fuit re-
ducta. 4. multitudine errantium errori non parit patrocini-
um. Potest quidem Ecclesia innumera multitudo dici, non
quidem

B 2

quidem sensu Pontificio ratione multitūdinis, qui Papæ adhærent, aliàs tempore Arianismi Ecclesia Christi, utpote angustis circumscripta terminis non fuisset vera Ecclesia; sed penes Arianos ea fuisset, quippe qui numero reliquos Christianos longè superabant: verùm Ecclesia in se considerata innumera omnium ordinum, ætatum, sexuum, locorum, populorum & tribuum membra complectitur.

II.

An verbi prædicatio plus fructificat in templo
quam extra illud?

Nos contra Pontificios negamus acti & coacti 1. ratione evidenti: siquidem verbi vis & efficacia nequaquam ex loci conditione dependet; quia locus de essentia verbi non est. 2. promissione generali $\tau\alpha\gamma\sigma\tau\alpha\varsigma$ Christi: ubi duo. Matth. 18. 20.

III.

An judicium & examen de doctrina fidei penes laicos, & totam congregationem popularē est?

Stapletonus negat in promt. Cathol. p. 68. 69. 1. quia Christus non per parabolas locutus esset 2. quia sic confundetur ordo ministerii, 3. quia sic verbi Doctores contemtu haberentur. Hem quām puerilis hæc est collectio! 1. non sequitur, sermonem, qui primo statim auditu, intelligentiæ nostræ non est obvius, ideo proferri, ne quis inde judicare possit. 2. potest aliquis auditor manere, licet ea, quæ quis audivit, meditetur, ad literarum sacrarum trutinam, examinare & appendere studeat, uti nec Berrhoenses de Pauli concionibus $\alpha\pi\chi\eta\pi\sigma\tau\epsilon\tau\sigma$ & nuperrimè tum temporis natas controversias incidentes in docentium ordinem concesserunt. 3. Gloria docentis est profectus audientis. 4. Unusquisq; pro se Deo respondere tenetur, & omnia probare, quod bonum est feligere jubetur. 1. Thess. 5. 5. Christus jubet $\tau\alpha\varsigma\chi\sigma\varphi\alpha\varsigma\epsilon\pi\delta\vartheta\alpha\varsigma$ legeios simul atq; plebeios, quod judicando simul fiat necesse est. Joh. 5. v. 39.

IV. An

IV.

An licet extra templum salvo cultu docere & concionari?

Aimus, quatuor adducti argumentis 1. voce Ecclesiæ publicis & privatis pariter locis communi Roman. 16. 4. & ad Philemon. v. 2. 2. extraordinario casu necessitatis nullis legibus, adeoq; nulli loco adstrictæ. 3. exemplo Christi, qui docuit modò in templo Matth. 21. 23. Marc. 11. 81. Luc. 20. 2, modo in Synagoga Matth. 12. 9, modo in via publica Luc. 18, modo in monte Matth. 8. 1, modo ad fontes Joh. 4. 14. 4. Pauli monito: ἔρχεται πλαστικός verbum Dei inter vos Coloss. 3. 16. Interim concedimus locum ordinarium in Ecclesia constituta semper esse præferendum *Εγκλησίας, διχρυμοσύνης καὶ μυστηριοσεῖας εὐχαριστίας*.

V.

An homo ex propriis naturæ viribus, verbum cum fructu audire, intelligere, discere, & ita gratiam Dei in sui conversione vel anteverttere vel juvare potest?

Affirmativam amplectuntur Pontificii & Photiniani. Ex illis Costerus in Postill. 335. p. 5. h. l. Non necessarium est, inquit, in gratia Dei esse, quia Centurio Cornelius Gentilis adhuc erat, cùm concionem Petri audiendo Spiritum sanctum cum omni familia sua acciperet. Ex his Christophorus Ostorrodus Photianus Institut. c. 1. contendit: tantas intellectus humani vires esse reliquas, ut homo illius ductu etiam sine Spiritu S. auxilio Scripturam sacram intelligere possit. Nos qui Orthodoxæ Lutheri B. Confessioni, Scripturis sacris directè innitenti, sumus addicti, negativam tenemus 1. quia intellectus αὐταρτίας adeo est obscuratus, ut αἱθρωπὸς ψυχή (quatenus à parentibus secundum communem naturæ ordinem est genitus) δέχεται non habentur composita αὐτοδέχεται, τέοτδέχεται, διποδέχεται, sed simplex, omnem habilitatem, aptitudinem

nem vel inclinationem αὐτεξαστού tollens) τὰς πνεύματάς
Θεοῦ μωρία ἡδονή εἶναι, καὶ σύνναται (κατηγόριος destitutus
πνευματικοῖς) γνῶναι. 1. Cor. 2. 17. Dicta huic σύμφωνα haben-
tur passim in scriptura Eph. 4. 17. 18. 2. Cor. 3. 5. & alibi: 2. Voluntas
depravata est בַּלְעָד מִחְשָׁבָזֶת לְבּוֹ רָק כֵּלְהַיּוֹת
h.e. omnis efformata in animo idea, omne animi conceptum,
plasma, omne figmentum cogitationum cordis eius tantum
malum omnibus diebus. Gen. 6. 5. c. 8. 21; additur בַּלְעָד מִנְעָרָיו
ad ju-
ventute, atq; ita ab omni ætatis tempore, ne quidem primis pri-
mæ nativitatis annis seclusis. Consentit Jeremias cap. 17. 9.
עֲקָב הַלְבָב מִכְלָא וְאַנְשׁ הַיּוֹת pravum (fraudulentia velti-
giatum, supplantatum) est hoc cor ab omni parte. & homo in
statu corruptionis) eius. 3. facultas effracta est: In peccatis su-
mis non languidi, non infirmi, sed mortui Eph. 2. 1. Eat jam
Costerus mortuus & resurgat? eat Ostorodus desperatè οὐθεος
& οὐκοντις & contrà nitatur naturæ? Eant ambo amentes & San-
cto Spiritu carentes, & penetralia Bibliorum οὐπέπειρος ri-
mentur! Quocirca nos omnes omnino vires in spiritualibus
proficiendi soli divinæ benignitati δικαιώσαται assignamus 1.
quia ωστα δόσις τελείη est οὐωθεν & descendit à patre lumi-
num. Jac. 1. 17. 2. Deus est, qui donat Cor intelligens, oculos
videntes & aures audientes Deuter. 29. 4. 4. prædicatio,
quæ nomine, jussu, verbisque Dei fit, ordine præcedit Roman.
10. 14. 15. 5. Deus dat incrementum 1. Corinth. 3. 6. 7.
Usque adeo auditus in conversi nihil nisi externi duntaxat me-
dii & organi in verbi divini καρποφορήσει rationem habet.
Quod exemplum Cornelii à Costero producti concernit, illud
manifestè falso citatur. Ibi enim dicitur: Loquente Petro
(non audiente Cornelio, siquidem ut audiatur, sermo fiat prius
necessum est) cadit Spiritus sanctus super omnes verbum at-
tendentes. Act. 10. 4.

VI An

VI.

An homo ex seipso verbi desiderio
tenetur?

Ita quidem Pontificii ad afferendum in homine liberum arbitrium in spiritualibus colligere possent: quandoquidem *ἐν αὐτοῖς θυμός* parabolæ nostræ turba plurima, cuius tamen quarta pars laudem veræ & sinceræ pietatis reportavit, introducitur verbi avida, quæ Christum fuit secuta. Sed distinguendo præveniamus Romanensibus inter desiderium nempe & studium verbi externum & internum. Hoc homini in converso plenè negamus. Deus namq; , Deus solus operatur in nobis *καὶ τὸ δέλδινον τὸ ἀνεργόν*. Philip. 2. 13. Illud nondum hominibus illuminatis concedimus. Licet enim nondum regenerati obantegressam *ἀστέρειαν* extra Dei gratiam sunt collocati scriptura tamen externum desiderium & studium adstruit 1. dictis V.&N.T. Ita namq; Propheta pœnas peccatis destinatas prædicens infit: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & immittam famem terræ, non quidem famem panis, neq; sitim aquæ; sed audiendi verbum Domini: & circumcursitabunt à mari usq; ad mare, & ab aquilone usq; ad orientem: Inquirent verbum Domini, & non invenient. Amos 8.11.12. Christus inquit: Contendite intrare per angustam portam: quia multi querent intrare & non poterunt Luc.13.24. Sic enim nondum renatos, famem verbi expertos, suo tempore esse reddituros, & verbum Domini inquisituros, perq; angustam vitæ portam intrare laboraturos esse, præmissa dicta inferunt, licet nec verbum nec portam invenire potuerint. 2. Exemplis Herodis Marc. 6. 20. Sergii Act. 13.7. Felicis & Drusillæ Act. 24. 25.

VII.

An ob parabolatum complexum scripturam
obscuritatis jure insimulanda & incu-
sanda est?

Qui cū Romanensib. affirmativā amplectuntur in scitiā potius
igno-



ignorantiam quām ἀνέβα, produnt. Πάντα σαφῆ εἰ τῇ θάρη
χραφῆ τοῖς βελομένοις δύσει λογισμῷ πεσσέρχεσθε τείχω
λόγῳ. Epiphan. hæres. 76. ἀμφιβολαὶ καὶ οὐκαλυμμένως
εἰρῆται δοκεῖνα εἰ τοις τόποις θεοπνέστα χραφῆς εἴπο τῶν εἰ
ἄλλοις τόποις θεοπνέστα χραφῆς εἴπο τῶν εἰ ἄλλοις τόποις
οὐκολογουμένων σαφηνίζεται. Basilius de Spiritu sancto. Ad-
dimus, nihil quicquam difficile intellectu esse, qui in Scripturis
αἱ θέματα versantur, qui frequenter Biblia legunt, preces adhi-
bent, fontes consulunt, obscura cum claris conferunt, humana
præjudicia & præsumptiones amovent, quædam libenter igno-
rant & Deo commendant, uti consultissimè D. Hoe super Apo-
calyps.

VIII.

An ad solos homines conciones haben- dæ sunt?

Libet hanc quæstionem in Pontificiorum gratiam pro-
ponere. Hi namq; ridiculosis aliquanto plus florentibus su-
perstitionibus, conciones, Evangelii etiam ad brutum, mutum-
que ἀλόγῳ γένος extenderunt, abusi jussu illo Christi: Præ-
dicare Evangelium omni creaturæ. Marc. 16. 15. Hinc Marullus
1.3. c. 4. narrat, sanctum Franciscum passeribus, aliisq; avibus
concionatum, vix apertis rostris, alisq; extensis benedictionem
finalem moratae nunquam sine accepta dimissione & venia-
avolaverint. Sic Cretius in vita Justiniani Imperatoris comme-
morat, venerabilem illum Bedam aliquando sermonem habu-
isse ad lapides, qui concione & precibus finitis Amen addide-
rint, quod quidem alij Angelis assignant. Sed hæc sunt anilia &
pura puta figmenta indigna, quæ refutentur: siquidem earum
jam ipsos Papicos paulò saniores pudet. Quod dictum istud
attinet, inibi peculiari quodam usu creatura notat ipsum homi-
nem, positò fortè nomine generis pro specie, ideoq; subjectum
rationale ab eo, quod sanæ rationis expers est distinguatur &
textus inspiciatur, qui de Creaturis credituris, baptizandis, sal-
vandis loquitur.

IX. Cur

IX.

Cur non omnes verbi mysteria nosse
queunt?

Posteaquam in hanc quæstionem incidi, aliorumq; sen-
tentiam scrutatus fui, cum admiratione legi responsiones
τοιχιλομώρων Zwinglianorum, in quibus jam seminatori;
(qui est Christus, uti postea sequetur) jam semini, verbo; 'jam
agro caussam assignarunt. Quartum non dari potest: siquidem
sciendum est, nulla obstacula proferendi fructus seminatio ni-
stræ parabolicæ vel propter defectum pluviae, vel Solis, vel
venti, vel propter frigus, vel grandinem, esse inferen-
da, quia inibi Christus non intendebat exprimere, nisi mo-
dos illos, quibus ex parte terræ fructus impeditur: sed præmit-
tendum est, quod omnes partes terræ pluviam oportunam ha-
buerint & Solem & ventum ceteraque requisita sive ad eden-
dum fructum adjumenta. Libet ipsa ipsorum Calvinianorum
huc adscribere formalia: Beza in N. T. majori p. 141. Eadem
quidem Evangelii doctrina ubique seritur, sed non pari succes-
su, hominum quidem vitio, sed occulto Dei judicio. Sed sibi
ipsi non constat: nam ibid. super h. l. in marg. Idem, inquit,
Evangelium ubivis seritur, at non pari successu solo hominum
vitio. Piscator Herborn. Super h. l. in N. T. Deus dona illa sal-
vifica non dat omnibus, sed tantum aliquibus, ideoq; cogite-
mus, illum esse Dominum omnium creaturarum, ac proinde li-
beram habere illis statuendi & agendi potestatem. ib. p. 141.
Id. Efficax intelligentiæ doctrinæ cœlestis de æterna hominis
salute est singulare donum Dei, quod solis Electis contingit.
Quorū igitur nos vertamus? Dicimus id quod res est. Quod
enī ad unum omnes homines mysteria Evangelii nosse haud
valeant, non in causa est Seminator, quia semen verbi spargit
super eos qui cum via, lapidibus & spinis conferuntur: non
verbum, quia perfectum est, convertit homines, sapientiam
suggerit parvulis, exhilarat cor & illuminat oculos Psal. 19. 89.
est potentia ad salutem Rom. 1. 16. sermo veritatis per quem
progignimur Jac. 1. 18. semen incorruptibile, per quod regi-
gnimur 1. Pet. 1. 23. verbum vitæ Joh. 6. 68. vivus sermo & ef-
ficax

C

ficax



ficax Ebr. 4. 12. vivificat Psal. 119. §0. 93. fructificat Esa. 55.
10. 11. &c. Sed solus homo, solius hominis, malitia, induratio,
inobedientia, Evangelii contemnus, rerum temporalium ni-
mius amor, fuga & horror calamitatum. Huc accedit Diabo-
lus, qui contendit efficaciter illudere & in errorem homines
perducere, ut credant mendacio & approbent iniquitatem.
2. Thess. 2. 11. 12. Hinc illud Apostoli: manifestatione veritatis
τὴν φαρεγώσαντα ἀληθείας commendavimus nos ipsos apud
omnem conscientiam hominum in conspectu Dei: si autem
velatum est Evangelium (si quis mysteria intelligere non po-
test) in his qui pereunt velatum est: in quibus Dominus seculi
hujus excœcavit τὰ νόμιμα τῶν ἀπίστων sensus incredulo-
rum, ne illucesceret illis lumen Evangelii gloriae Christi:
2. Cor. 4. 2, 3, 4.

Seminatorem henni
2. semen, utrū frugiflū
Ay: dīsigr̄

DE POSTERIORI.

X. Hactenus parabolæ recitationem contemplati fu-
mus? Sequitur explicatio indigitans itidem ut in narratio-
ne
1. seminatorem, 2. semen, 3. agrum.

XI. 1. Seminator à Marco & Luca non quidem nomi-
natur: nihilominus tamen eam Christum fuisse patrem ex pa-
rabola zizaniorum, qui seminar, dicente, est Filius hominis. Ca-
put ponitur, sed membra, nimirum ministri non excluduntur.
2. ex particula δεκτική. Ecce Matth. 13. v. 4. qua Christus
semetipsum innuit: sicut cùm dicit: Dicite Filii Sion, Ecce
Rex tuus, Matth. 21. 5. 3. ex ipsa Christi assertione affirman-
tis eos, quos cum bona terra comparat, audire sermonem suum,
cumque ita dictum (a) ratione sui, quia nihil magis est suum,
quam ipse met: sibi. Uti ergo Christus est Medicus & Me-
dicina, Redemptor & Redemptio, Sacerdos & Hostia: ita Se-
minator est & Semen, (b) ratione differentiæ partim Prophe-
tarum & Apostolorum, aliorumque verbi præconum: nam
hi omnes nihil de suo dicunt, sed de manu Domini suscep-
tione serunt & prædicant: non vos estis, Matth. 10. 20. Pau-
lus: an experimentum queritis ejus, qui in me loquitur
Christi?

Christus 2. Corinth. 13. partim sapientum, quorum semen, quantum bona, veraque complectitur, non erat suum; sed Dei tantum & alienum. 4. ex συνεπείᾳ textus, ubi dicitur seminatorem exiisse seminatum: Christus enim exiit, a æterna generatione, uti ipse inquit: exivi à Patre &c. Johan. 16. v. 28. οὐταργώσεως ὀικονομίᾳ sive assumtæ carnis assumptione, qua cœu indumento cinctus processit tanquam agricola, aptam pluvia, soli & frigori vestem assumens. Salmer. T. 6. tr. 4. pag. 23. 7. Iui manifestatione, qua in publicum prodiit & cuivis se cognoscendum exhibuit, & officii expeditione, missus est evangelizatum & annunciarum tempus anni gratiosi Esa. 61. 1. Luc. 4. 18. Noluit nomen exprimere suum 1. ut occasionem & animam parabolam diligentius meditandi præberet, 2. evitaret ambitionis suspicionem, 3. ut pateret, se Dominum non voluisse verbi seminationem ad se solūm, sed & ad omnes Ecclesiastas pertinere, 4. ut doceret, se non propriam aucupari gloriam.

XII. III. Semen est verbum Dei appositi ita comparatum (a) propter originem: verbum est Θεόννευστον: semen Θεόφυτον: (b) propter parvitatem: verbum est stulticia mundi. Corinth. 1. 23. semen adeò exiguum est, ut pedibus facile proteratur. (c) propter dispersionem: Verbum spargitur in agrum cordis: semen in terram (d) propter culturæ difficultatem verbi seminatio corpus seminantis enervat, Eccles. 12. 12. semen terrestre ut cum spe fructus terræ committatur, multæ opus est præparatione, (e) propter accidentium diversimodè afficitur, (f) ob benedictionis divinæ necessitatem: non est, qui plantat, neque qui rigat &c. (g) efficaciam gratia. Verbum est sermo insitus, qui potest salvare animas Jac. 1. 21. Semen de se multa gignit, paritque grana.

XIII. III. Ager quadruplicis fundi quadruples verbali auditores designat.

XIV. Primus eorum cœtus, terræ juxta viam sitæ æquiparatus seminis illius spiritualis particeps quidem redditur, C. 2. ibidem. unde

unde *ἄναγκης* appellatur: (*ἄναγκης* enim non ad fenenⁱ, sed ad auditorem sermonis tanquam agrum qui conservatur sive consitus est, refertur.) Sed planè plenèq; *ἄναγκης* evadit partim ratione sui ipsorum, margaritas verbi beluinis cupiditatibus & affectibus sive prudentiae humanae rationibus & argumentis pedibus quasi quibusdam concilcantum; quibusvis hostium veritatis suggestionibus, σοφίαι & dieterii gaudientium; verbum sine omni pio affectu, sine omni mente atque adeo & intellectu nudis auribus ἡρῷον τόπον audientium; indeq; præconceptis opinionibus & superstitionibus cor referatum & occupatum ad verbi eloquium afferentium: partim caussa Diaboli ambabus manibus pedibusq; omnia facientis & omnibus modis eò contendentis, ut quæ dicuntur & proferuntur vel non audiantur, vel audita non intelligantur, vel intelles. Et a non in cor transmittantur, vel transmissa non retineantur, vel aliquandiu retenta citius vicissim de memoria elabantur, vel etiam ad usum non transferantur. Dicitur 1. Πονηρὸς quasi magno cum labore & sudore malus, & verè quia omnis mali promtuarium & maximum laboris suis scrupulis infert, & plurimum sudoris temptationibus & cibrationibus extorquet. 2. Satanás, Σατανᾶς Syr. à resistendo, adversando, unde à Petro inscribitur *ἀντικείμενος* & *ἀντίδικος* 1. Pet. 5. Ratio συμβίωσες est manifesta, quia Satan seu Adversarius repugnat atque resistit Deo & omnibus piis conatibus, dupli potissimum modo, nimirum homicidio sive omni injusta violentia, & mendacio seu ψευδολογίᾳ, quibus duobus capitibus omnia Satanas padiçegyūnata includuntur. 3. Diabolus, sumta appellatione διάβολος & Διάβαλλος. Significat igitur Διάβαλλος calumniatorem, impostorem & obtrectatorem, qui omnia recte dicta & facta sceleratè & Sophisticè depravat, & de omnibus male sentit, pejus cogitat, pessimè loquitur. 4. Volucris, Βολύκρις Marc. 4. 4. 32. Caussa appellationis est « velocitas, & levitas, & rapacitas, & acris amabilitas. His omnibus hostis iste infernalis avis comparatur, & hinc est, quod Angelus triumphans exclamat: Cecidit, cecidit Babylonia & facta est inhabitatio Daemonio.

moniorum & custodia omnis volucris immundæ, Apo-
cal. 18. 3.

XV. Secunda auditorum classis in Parabolæ interpre-
tatione ad secundam partem seminis nimirum in loca petrosa
delapsi refertur, & scitè quidē. Nam quemadmodum loca saxeæ
cooperia modica terra, quām citò vegetant semen in herbam ;
tām citò rursus concidunt & vanescunt, idq; non modò ex ma-
gnitudine caloris, quia calor non imbibitur ibi, sicut in reliqua
terra, sed reflectitur à saxo : verū etiam ex profunditatis ca-
rentia, quia non potest deorsum radices mittere, sursum erum-
pit: Haut aliter quidam hominum ad hanc συγκρίσεως partem
pertinentium præcocis ingenii & rationis acumine valentes
initio quidem sicut furnus Pistoris פִּסְטוֹר fervent, (Sie sind so
heisser Andacht wie ein Backofen/Os. 7. v. 6. 7.) & tale specimen
futuræ segetis exhibent, ut seminatori spem & expectationem
fructus cum sœnore secururi hautexiguam concitent, verbum
advertendo, & magno quadam fervore illud ipsum arripiendo,
idemq; dum nihil contrarium eorum affectibus profertur, &
rē Christianæ extra teli jactum, periculiq; metum versantur
deprædicando, adeoq; emendationem aliquam ostendendo :
sed cum externa dūntaxat pietatis specie sint conspicui, atque
ore externo fidei sinceritatem tantum obiter & perfun-
ctorie cœlo stellisque secundis profiteantur, juxta illud
אַסְתָּוּרִיָּה קִישׁ בְּלִגְנִי אֶלְעָזָר, cumq; ita verbum In Codice.
non satis profundè intra cor durum & petrinum recipiunt; Thalmud.
ideò rectè vocantur & sunt ἀρόσηαιροι, qui temporis opor- Bavamez.
tunitati polypi versicoloris instar se accommodant, & pericu- e. 7. f. 85.
la externa metuentes, gratiamque & favorem hominum, imo
proptiam felicitatem, dignitatem, autoritatem & rerum terre-
narum affluentiam Dei mandatis & publicæ saluti, propriæ
honestati, & conscientiæ integritati anterentes, dum aliquod
infortunium sentiunt, recedunt, languent, instituta relinquunt,
deficiunt, juxta versum ωλυθρύπητον :

Principium fervet, medium tepet, ultima frigent.

Tertius auditorum ordo telluri spinosæ assimilatus, eorum
est, qui verbo quidem attendunt, sed absque omni profectu

& fructu; quippe ut aliis variis generis ita tribus potissimum i. vi-
tiorum & peccatorum spinis, virtutem ac vigorem doctrinæ
cœlestis supprimenterib; præpediti: quarum i. solicitude est
sive cura, (utraque sub vocula μετεμφύση contenta) non quidem
vocationis & functionis; sed μετεμφύση ἀπό τέττας Βιβλίον
Luc. 21. 34. qua nihil aliud notatur, quam πεντηκοντακάρη-
γη illa bestia & μητῆρ κακότητος απάσης ή Φιλοξενούση,
avaricia. Hac corda hominum gravantur; hac mens ani-
maliusque perturbatur; spiritualia negotia impediuntur; ter-
rena cœlestibus præferuntur; Christianismus abnegatur;
quemadmodum spines laedunt; aristas implicant; incremen-
tum satorum inhibent; circa terram cum frigidis cucurbitis
hærent, suamque ipsæ naturam produnt. 2. dvitiae, non qui-
dem omnes, sed duntaxat injusta Syr. 5. 10. iniquæ Luc. 16. 9.
ἀδηλοι 1. Tim. 6. 17. Σησαυγοὶ ἀδικίαις Mich. 6. 10. quibus
cor adhæret Psal. 61. II. Luc. 12. 34. His qui vel semel animum
addicit suffocationem verbi experitur & statim gravissimas
cum corporis, tumanjimi læsiones persentiscit. Nam uti ad
spineta accessus est difficilis & periculosus; siquidem illæ spi-
næ multum doloris inferunt, dum infiguntur: plus dum infi-
xæ adhærent; plurimū dum extrahuntur: ita opes illæ acu-
leatæ obstant verbo & in acquisitione, quando opulentii non
modò semetipsas laboribus nocte, dieque irremissis macerant:
sed & curarum, quas ditescendi studium exigit, punctionibus
mentem discruciant, & conscientiam peccatorum ex πλεονε-
ξίᾳ seu potius ἀγαρεξίᾳ h. e. insatiabili habendi amore pro-
pullulantium mortu & remorsu, perpetua quadam carnificina
torquent, & in retentione, quæ sacris profanorum aut terre-
strium honorum acquisitionem, custoditionem, adauctionem,
dispositionem & elocationem anteferre solet, & in usurpati-
onē, vel male impenduntur; vel in cautius amittuntur; vel
clam, palam vè surripiuntur; vel denique in igne, aqua & con-
similibus pereunt. Hinc Matthæus s. h. l. dvitias nuncupat
ἀπάργη τὸ πλεονεξίαν, Marcus itidem, cui Syrus Interpres annuit
habens תְּבוּנָה deceptionem sive fallaciam dvitia-
rum,

tum, seductionemque. Seducunt namque & fallunt 1. ante mortem, tum nec quiescere, nec de quaunque re ad animae salvarem necessaria & utili intentius cogitare sinunt; cupiditatem habendi non restinguunt, sed augent: quin & persuadent, se magnum quid esse, cum tamen nihil sint, nisi nomina sine re, terra flava & alba, quae in opinione hominum tantum magnificantur. homil. 45, 2. In morte, quam divites cum gemitu indignabundi oppetunt, unde Sapiens Hebraeus sapienter: o mors, quam amara est memoria tui, homini habenti pacem in substantialia sua. Eccles. 42. 1, 3. post mortem in mundo relinquuntur; in alienas deveniunt manus; demergunt hominem in exitium animae & corporis sempiternum. Nervosus Paulus: Qui ditescere volunt, (*βελόμενοι*, quod vocabulum plus est, quam εθέλοντες, quia exprimit βελήν h.e. omne consilium, omnem voluntatem in coacervandis divitiis intendentes) incident in tentationem & laqueum & cupiditates multas, stultas & noxias, quae demergunt homines in exitium & interitum 1. Tim. 6. 9.

3. Voluptas, quae nihil aliud notat, quam concupiscentias carnis spinosas. Hec etenim corpus quidem aliquandiu afficit & delestat: sed dum spectatores ejus ad peccata trahit, rapitque, quasi inflicto vulnere non modo mentem laedit, & fauciatur, eamque demum morsu remorsuque admissorum delitorum torquet: sed & non minus atque curae & opulentia καρποφορήσδ doctrinæ spiritualis, in qua, ὡς ὀψειτόπλευρα turpitudines suas, videt, auditque damnatas, durissimum ponit obicem, adeoque deliciis & illecebris oppleta, semen verbi suffocat. Dicuntur in parabola voluptuarii euntes πορεύομενοι, quod quidā putant, accipi posse, nō ut sit deponēs πορεύομαι, refer. Jansenio in harmon. p. 393. sed passivum à πορεύω, transeo, eo, ago, ut sit sensus: Suffocantur acti, duci, h.e. dum aguntur & obruuntur à curis, divitiis & voluptatibus. At si ut magis est verisimile sit à πορεύομαι illud euntes, sic accipietur: suffocantur à curis euntes, post eas, i.e. dum sequuntur eas, vel euntes, processu nempe temporis more Hebraorum. Advertenda est Enphasis Syriaca;

quæ,



quæ habet in Marco, Benoni pl. שָׁלֵן שָׁלֵן ingredi-
entes à sing. לְנַעֲלֵן ingrediens ēn χύματι καὶ πολλὴ Φω-
ταρία sub prætextu pietatis, ἀξιόσκεψη est textus solitu-
dines atque divitias præponentis, & voluptates postponentis,
ἀκριβέστα. Nam ut obtineantur & accumulentur divitiae variae
præcedere, & ἀτέμως concomitari curas oportet: obtentæ ve-
rò & accumulatæ ad voluptatem pertrahunt, quā anima in per-
niciem prona quasi præcipitatur.

Restat quarta eaq; ultima & quidem optima auditorum
verbipars & classis semini in bonam terram delapso collata,
cui verorum cujuslibet rei bonæ requisita, quæ sunt, voluntas
audiendi, studium intelligendi, diligentia retinendi & ποιη-
στις ad usum transferendi, attribuuntur. Etenim i. audiunt ver-
bum ēn καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ שְׁפִיא וּתְבִיבָה בְּרֻבָּה in corde demissō & humili. Erasmus putat, hic notiari Hebræam
ἀνάδιπλωσιν, pro valdè bono, pro egregiè bono, sed incon-
gruē. Licet enim Φερσιολογία ea Hebræis pro superlativo
iterationem vocabuli usurpantibus sit communissima: tamen
huic loco planè non convenit, quod textus Syriacus ἀδαμαντί-
νως evincit. Ideo pro Erasmo inscitè citat. Beza in N. T.
l. h. l. dictum illud Jer. 24. 3. inibi enim nulla ὑπίγευξ, nul-
la ingeminatio τὸν δὲ habetur, sed Adverbium οὐδὲ postponed-
tur, ita quidem: תְּאַנְּבָם תְּאַנְּבָם טְבוֹד מְאַר Commodo-
ūs eam loquendi formulam eo collimare statuimus, ut præce-
dentes tres auditorum ordines tantum sint καλοὶ, quā exter-
nam bonitatis speciem: ultimus verò solus propter veras ani-
mi virtutes ἀγαθοὶ sit. Constat enim φιλέληστος καλὸς καὶ
ἀγαθὸς sive καλοκαγάθος eos vocari, qui non modò vide-
ri, sed & in ipsa boni esse student, neque solum externis
sed & internis animi bonis, donisque sunt decorati: 2. re-
tinent κατέχοσι in Luca: quod quoad trifariam solet accipi
(a) significat retinendo aliquid ὡς Ἐπεστέλλετο detine-
re, uti videre est Genes. 24. 56, ibi Eleazar servus Abra-
hami: אֶל-הָאָחָרִי κατέχετε me: Haltet mich nicht
auß.

auff. Syrus habet pro κατέχεσθαι אֲחִידָן negatēs reclu-
sis cordis foribus apprehendunt & intra ejusdem penetralia fir-
miter occlusa tenent. (b) apprehensum & cognitum aliquid ob-
servare, uti Marc. 7. 3. אֲחִידָן מְשַׁלְמָנָה תַּשְׁמַת observingantes
παραδοσὶς majorum. (c) asservere tanquam cibum quendam.
Sic dicimus cibum in stomacho retineri, i.e. ad cibandum cor-
pus ibi concoqui & digeri. (d) custodire quasi in carcere Genes.
39.20. Hæc omnia & singula ad genuinum huius loci sensum in-
dagandum & pias meditationes caussandas haut parum factura
esse rati sumus. 3. Fructum ferunt, nimirum eum, qui ex ipso
verbo nascitur. Quemadmodum enim semen in agro grana-
suæ naturæ & speciei producit: ita verbum in corde bono, id
quod in se habet, quod docet, quodq; tradit, profert, nempe fi-
dem in Christum, resipiscentiam vitæ anteactæ, cognitionem
Dei, charitatem erga Deum & proximum, & id genus alia fide-
lium dicta, & facta, quæ in Scripturis dicuntur fructus spiritus
Gal. 5.22. fructus justiciæ Phil. 1. 11. novitas Eph. 4.32. novitas Spi-
ritus Rom. 6.4. Καὶ εἴ τις ἔχει τὸν πόνον τοῦ πίστεως τὸν πόνον τοῦ πίστεως Tim. 2, 10. absti-
nentia à peccatis 1. Thess. 4. 3. ἀγιοτύπη ib. conversatio bona &
honesta 1. Tim. 4.12. 1. Pet. 2.12. 2. Pet. 3.11. Marcus Evangelista fru-
ctus diversimode despescit scilicet in 30, 60, 10, idq; pro more
Scripturæ veteris Testamenti, quod, cùm plures numeri ponun-
tur, consuevit minorem præponere & sic ad majorem gradatim
ascendit. In N.T. ejusmodi ordo non ubiq; adeo observatur,
ideo Matthæus inverso ordine procedit, qua retrogradatione
nihil aliud innuitur, quām diversitas, differentia & inæqualitas
donorum Dei, eorundemq; usurpationis. Interim non minus
Deo gratius est & acceptus, qui trigesuplum, eo qui centuplum
accepit, indeq; fructus edidit. Qui duo talenta nactus & lucra-
tus erat, audiebat & ipse: Euge serve bone &c. Matth. 25. Hæc
contra, Romanenses & veterum quidam miras easq; diversas
fovent opiniones. Sunt, qui fructum centesimum dederunt vir-
ginitati; sexagenum viduitati, trigenum matrimonio: Hiero-
nymus in Epist. ad Eustoch. lib. 1. adversus Jovin. Fuerunt, qui
centesimum fructum iis attribuerunt, qui perfectam & summā

D

vitam



vitam agunt; sexagesimum qui mediocrem; trigesimum, qui inferiores sunt, fructum tamen bonum proferunt pro suis virib.
Corn. Jans. in Harm. §. h. l. Quidā 100. anachoretis, 60. Cenobitis, 30. Conjugatis & Laicis detulerunt. Theophylactus. Alii 100. Martyribus, 60. Virginibus, 30. Maritatis vendicarunt. Augustin. l. i. de quaest. Evangel. Qui plures sententias longe fallissimas, planè impias & plenē aniles desiderat, is legat Augustin. tales referentem lib. 21. cap. ult. Omnes ibi cum precedentibus his, nihil nisi puræ putæ, veræ meraq; sunt ineptiæ. Non enim est Christi propositum istos tres status inter se conferre, sicut Paulus i. Cor. 7. id facit: sed hoc simpliciter Christus vult docere, sicut semen non ubivis pari proventu fructificat, sed p soli ratione aliud alio fœcundius est: ita inter bonos verbi auditores alii aliis majores in pietate progressus faciunt &c. Cont. Harmon. Chemn. super h. l. Hinc Lucas nullum graduum fecit mentionem: sed; postquam in parabola centeni fructus meminerat; hic tantum dicit: fructū afferunt **בְּמִסְכָּרֶנְתִּי** in patientia, hoc est, in adversitatum tolerantia, qua duramus, rebusque secundis nos servamus: quemadmodum verbi exercitium inhibetur, & undiqueque oppugnatur à Diabolo, mundo, & propriæ carnis, rationisque simul atque affectuum pravitate. Interea temporis in suffrenda cruce, afflictione, persecutione & tentatione pii possident animas in patientia Luc. 21. 19.

QVÆSTIONES CONTROVERSAE & ex parte posteriori excerptæ.

I.

Cur Christus non nisi rogatus & interrogatus enīm ηγενται sive illustrationem parabolæ enarrationi subjunxit?

Costerus ex suo ingenio nimirum Pontificio ita causatur: Christus noluit Apostolis parabolam istam explicare, nisi prius ab ipsis

ab ipsis interrogatus, non quidem, quod illos non libenter doceret: sed ut nos sciremus, eum cupere nostram cooperacionem in omnibus istis, quae faceret & doceret, ut dona sua diligenter custodiamus, quae labore nostro promeruimus. In homili, Domin. Sexag. Nos contra nitimur ostendendo 1. Christi fidelitatem, qui semper hoc in parabolis observavit: quod vel ipse eas interpretatus sit, vel minimum aut in fronti spacio Parabolæ aut in ejusdem fine, sententiam aliquā adjecerit, quae tanquam clavis est ad aperiendum verum parabolæ sensum, ut inde genuina interpretatio desumi possit. Harmon. Chemn. c. 61. p. 279. 2. ἀσυλογισία, siquidem ab interrogatione ad cooperationem argumentari etiam puero inconveniens est. 3. Scripturæ perspicuitatem, asserentis, Deum operari in nobis velle & perficere. Philipp. 2. de quo plura superius.

II.

An veram illos fidem habuisse statuendum
est, qui tempore persecutionis
defecerunt?

Negat Piscator Herbornensis, inquiens: Cum videmus aliquos tempore persecutionis deficere, & fidem, quam antea fuerant professi, negare, ne offendamur, scientes, illos vera fidei præditos non fuisse, nam vera fides perseverantiae donum, habet adjunctum, super Matth. pag. 141. Quadrifariam. hæc Calviniana negatio turpiter impingit, quia 1. ex falsa, hoc est, Calviniana procedit hypothesi renuente, Electos posse amittere gratiam Dei Spiritum sanctum & fidem: 2. Privationem habitui presupponit, quod ἀτοπος, & contradictionem implicat in adjecto, quod ἀτοπος. Si enim is non fuerit vera fides, qui tempore θλήψεως ηδιωγμος defecerunt, sequitur non potuisse à veræ fidei tramite deflectere, quod omne omni textui Biblico omnino contrariatur: 3. excludit media, quibus fides alitur, confirmatur & conservatur, quæ

sunt verbum Roman. 10. 18. Sacra menta Marc. 16. 16. preces
Matth. 9. 24. 4. absolute incedit, nullo hominis ~~aut~~ ^{aut} respectu, quod tamen limitate, distincteque fieri debuerat. Illi namque in vera fide perseverare duntaxat possunt, qui Christi vocem audiunt & sequuntur Johan. 10. 28. fideles usque ad mortem permanent Apocal. 2. 10. qui ipsi servant fidem & bonam conscientiam 1. Timoth. 1. 19. nec Deum coram hominibus abnegant Matth. 10. 32. Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. 12. 8.

III.

An homines sunt terra bona ante seminis verbi sparsionem?

Ita quidem parabolicus ager inferre & affirmativa complexu suo tenere initio videtur: Siquidem inter alia requisita agri, expectationi ruricola satisfacturi, naturae quoque bonitas exigitur. Unde Costerus; ad agrum frumentarium haec quinque sunt necessaria 1. ut terra sit solida & integra, non divisa, sicut arena aut sabulum, 2. ut ex sua natura non sit infecunda, sicut campi arenosi, 3. ut pinguis sit aut ex seipso, aut ex aliquo fumo, 4. ut temperate sit humida, nec nimium madida, neque nimium sicca, 5. ut aestum Solis habeat & accipiat, quia optima terra est, quae ad splendorem Solis jaceret, quae praecipue sita est adversus Austrum, ubi Sol in meridie maximum suum calorem diffundit, in homil. pag. 332. Nos Negativam amplectimur 1. quoniam nullae similitudines per omnia convenient, ideoque parum probant, sed potissimum illustrant, 2. ager & cor hominis non sunt ομογένεα 3. Scopum parabolae affirmativa evertit. Igitur statuimus, homines dici terram bonam non ratione antecedentis, sed consequentis, non a priori, sed posteriori, non quod sint & inveniantur γῆ sive γαῖα καλὴ, sed quia talis per semen verbi redditur & conservatur.

IV. An

I V.

An operum legi divinæ conformium perfec-
tio, sive plenitudo hominibus dñiis
assignari potest?

Tantum Romanenses ex verbo illo τελεσθορεν (Διπλός τελεσθεντή Φέρδος, omnibus modis perfectum, omnibusque numeris absolutum fructum ferre) evincere καθδύναμον al- laborant. Unde oculus Pontificiorum Costerus: In cœno- biis & religionibus reformatis vides vitam æquabilem &c. quoniam certè, quicquid desiderant, hoc ipsum unusquisque consequi potest, veluti humilitatem, obœdientiam, contem- tum sui ipsius & similes alias virtutes, quas quilibet sine da- mno proximi sui aut impedimento plane quidem ac perfectè habere potest. Hæc ille in homil. annivers. pag. 323. Sed facilius est dicere, quām probare. Nam, ut omittam, quod de Cœnobiosis & religionibus suis Pontificiis reformatis (verius deformatis) impensè jactitat Jesuita, alibi nempè Dominic. post Epiphan. prima ixavas refutatus, Opera nostra non sunt perfecta. Malum enim παράκλησι Rom. 7. 21. ἀμαρτία ἐστιν ὄντος in nobis ib. & propter inhabitantem radicem peccati vitiantur opera nostra. Novimus quidem in sacris plenitu- dinem & perfectionem piis attribui: Sed hoc ipsum fit nequa- quam legali observatione, sed Evangelica imputatione. Sic vox plenitudinis sæpè hypocrysi & oscitantia opponitur, ut cum de Stephano dicitur, quod vir fuit πλήρης πίστεως καὶ πλήρης πνεύματος ἀγίας τοῦ ἀρχοντος: Act. 7. 55. hoc est, Stephanus εἰλικρινῶς credebat & totus agitatus erat à Spiritu sancto. De Tabea sive Tabitha scribitur, quod fuit πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν, ὡν ἐποίει: Act. 9. 36. id est: ὁ λοκαρδίως erat addicta & tota dedita bonis operibus ἀνυπορίτως pietatem colebat. Item: μετοίεσται ἀγαθούντος,

D 3 pleni

pleni estis bonitate; quod idem est, ac si poneretur, *id iwas &*
propriè sic dictam, nullo fuso litam exercetis dilectionem.
Roman. 15. 14. Ita: Non inveni opera tua plena, id est, sincere,
sine hypocrysi, sed imperfecta, & magis ad ostentationem,
quam ad Dei gloriam directa. Apocal. 3. 2. In his & similibus
locis innumeris τελεσθορια ἡ τελεώσις sinceritatem pietatis
designat, id quod ex συνεπείᾳ vel contextu ὁ φαλμοφατ-
εῶς ubique appetet.

V.

An copula *EST* in his effatis; Hæc est para-
bola, semen est verbum Dei pro si-
gnificat accipiendum
est?

At Piscator Herbornensis, sic commentans: ἐσὶ δὲ αὐτῇ
παραβολῇ, pro ἡδὲ παραβολῇ ἐσὶ τότο, parabola a. est hoc, id
est: hujus rei signum sive imago. Item ὁ παρόγρ. ἐσὶν ὁ λόγος
τὸ θεός, id est, imago sermonis Dei, significans, quid illi soleat
accidere, dum prædicatur. Notetur (pergit Calvinista) Me-
tonymia subjecti in parte consequente Enunciati: qualis Me-
tonymia etiam est in prædicatis enunciatorum Eucharistico-
rum, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Hactenus
ille super N.T. pag. 470. 471. Huic suffragatur Cornel. Jan-
sen, in Harmon. p. 388. EST hic ponitur pro significat, quem-
admodum & ibi: Petra erat Christus. Sed Calvinista & Pa-
pista uterque mentiuntur. Quæ enim necessitas obsecro adest
vocabulum EST ita σημαντικῶς explicandi? Siquidem quan-
do dicitur, hæc est parabola, uti ὑπαρξία ipsa elucescit: ita
per semen non significatur, nec intelligitur terrenum & cor-
ruptibile; sed cœlestē & ἀφαρτον semen, quod revera, ὄν-
τως, & re ipsa est verbum Dei. Interim ut hoc σημειώσω
addamus, licet vocula EST pro significat sumatur: inde ta-
men non sequitur, in Sacra Cœna panem significare corpus
Christi.



Christi. Causa diversitatis est longè gravissima: in Cœna non
recitatur parabola: sed Testamentum. Sic in effato illo Apo-
stolico, petra erat Christus 1. Corinth. 10. 4. non de corporali,
sed spirituali & Israélitas consequente petra sermo fit. Quid
enim notius est in Scriptura, quām Christum vocari & ipsa re-
esse unicam Ecclesiæ petram. Matth. 16, 18.

V I.

Unde diversitas fructus pendet, quod una ter-
ra centenos, sexagenos, trigenosq;
& vice versa tulerit?

Nos diversitati donorum, unicuique sufficientium, cœli-
tus concessorum attribuimus. Pontificii appendunt αὐτεξοτίς:
humani cooperationem. Sic enim Alph. Salmeron Tom. 6.
tract. 4. pag. 28. Præter Dei gratiam adjungendus est liberi-
arbitrii nostri assensus & conatus, qui in causa est, ut eundem
gradum gratiæ recipientes, longè diversos proferamus fru-
ctus. Ait enim Dominus, quod reddet unicuique secundum
opera sua. Matth. 16. vers. penult. Verum uti labile est funda-
mentum: ita assertionis ædificium, quod superstruitur. Hic
deprehenditur falsa præsumtio: Siquidem per ναρποφόρησιν
καὶ ψηφον intelligit compensationem, acquisitionem & ex-
pectationem vitæ æternæ, ut mercedis cuiusdam meritissimæ.
Illic vitiosa cernitur collectio propter fallam dicti interpreta-
tionem: non dicitur ἀντιδώσῃ, sed δοθόσῃ: ἀντιδοτις merce-
dis debitæ solutio est, sed δοθόσις & δόσις generica est largi-
tio. Sic non dicitur εἰς ἔργων vel ἀλιτέρων, quæ unum sunt &
& causam designant: sed κατὰ τὰ ἔργα juxta opera, quæ nomi-
ni signi & testimonij de fide rationem habent. Salvavit nos
Deus & vocavit non secundum opera, sed secundum proposi-
tum & gratiam, quæ data est nobis per Christum ante
tempora æterna. 2. Tim. 1. 9.

Errata:



Errata è Postillis adverfa-
riorum quorundam huc ad-
scripta.

Hæretici (qui à doctrina Pontificia sunt se-
gregati) probare non possunt, doctrinam suam
unquam per universum mundum fuisse susceptam,
quoniam Christiani ubiqz locorum nostram Catbo-
licam Ecclesiam servant, & nusquam doctrinam
hæreticorum. Cofter. in homil. sup. Domin. Sexag.
pag. 323

Omnis Catholici concionatores non aliud se-
men seminant, quam semen Christi, id est, ver-
bum Dei. Hæretici autem serunt proprium suum
semen: quia verbum Dei non concionantur, sed
sua propria inventa. Item: In Ecclesia (scilicet
Romanensi) habemus hoc semen Christi non
adulteratum, neqz nos feligimus aut fingimus ali-
quid novi, purum verbum Dei concionamur sine
hæreticis erroribus & somniis. Non hic oportet,
quod Diabolicum est, mundanum & carnale im-
miscere non fabulas, non curiositates neqz nugas.
id. pag. 328.

Concionator se ita accommodet, ut ex mala
terra bonam faciat per preces, per bonam vitam,
per

per pœnitentiam & alia bona opera, que gratiam
Dei auditoribus promerentur: auditores etiam se
aptent, ut possint esse terra bona & cum fructu ver-
bum Dei audire. pag. 332.

Qui sunt in peccatis mortalibus, possunt dico
bona terra p. 353.

Deus nobiliorem Scripturam in corde Eccle-
sie scripsit, per suum digitum, qui est Spiritus san-
ctus, quæ longè clarius est, certior & perfectior,
quam est Scriptura Bibliorum. id. Cost. p. 338.

Die Kraft des Verstandes verschafft in uns/
dass wir das Wort Gottes mit möglichstem Fleis
als einen Boten/der vom Himmel gesandt wird/
hören vnd auff das vollkommlichste verstehen. Gra-
natensis in Postill. Germ. 388.

Sage mir/ was kan erschrecklichers oder ers-
bärmlichers seyn / denn daß nach dem Fall die
Sünde vnd Laster/mir so gar freundlich/bekannt
vnd so bald an der Hand sind? die Tugenden aber/
mit welchen man das ewige Leben erlanget / uns
anders woher eingetragen vnd herzu geführet
müssen w erdem. id. ibid.

Es ist zweyffels ohne nicht eine geringe Ehre/
den Katholischen Glauben behalten / alle Tage
(dass grosse Fürsten thun) dem Amt der heiligen
Messe vnd der Predigt bewohnen/ ördentliche
Gebetelein zur bestimmten Zeit zum Herrn aus-

E gießen

giessen vnd den Rosenkranz nimmer aus der Hand legen. Es ist gewiss/daz dieses alles leicht zu thun ist. id. Granat. p. 385.

Duae cause concurrunt ad effectum gratiae ad fidem, ad charitatem aliasq; virtutes & earum bona opera in nobis producenda, Dei donum, seu gratia, nostrumq; liberum arbitrium. Thom. Stapleton. in prompt. Cathol. p. 82.

Utrum lignum pomiferum semen suum habet in semetipso, ut illo jacto in terram multiplicetur: sic Ecclesia habet verbum Dei in semetipso, cordibus insculptum. Idem Stapleton. in promptuar. Morali Domin. Sexag. text. pag. 337.

Concludimus hanc diaconie disticho illo Fabri senioris Pastoris Hohleinensis
pientissimo:

Δόξα θεῷ μένω τριουποσάτῳ εὐγμα, κλέος,
εἰς χρόνον ἀκτάτη μηδὲν ἔχοντα τέλος.


F I N I S.



94 A 7385

ULB Halle
002 728 095

3



VD17

1. Histor. geograph. omni kinder in Europa et Asia
2. Ministr. solos conserual. et ipsos.
3. Antiqua et curiosa. S. et A.


Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

Centimetres

Inches



14
TIO
ca Sexa-
HARDO
ESSORE
EMIA
biciendo,
KMANO
m Diacono
rij.
III.
ANNI.